



2b. 15



22
30
ILLUSTRISSIMUS
ET AUGUSTISSIMUS
PRINCEPS ac DOMINUS,
DN. GEORGIUS
Lignicensium & Bregensium

in Silesia Dux,

RECTOR

ACADEMIÆ FRANCOFURTANÆ

Magnificentissimus,

PRO-RECTORE

Magnifico

Viro Excellentiss. & Consultiss. DN.

M. CHRISTOPHORO NEANDRO,

Philosophiæ moralis Prof. P.

F U N U S

quod

Vir Clariss. & Excellentiss. DN.

M. TOBIAS MAGIRUS,

Rationalis doctrinæ Prof. Publ.

Filiola suæ suaviss. & desideratissimæ

DOROTHEAE,

XII. Kal. Octobr. sub V. vespertinam A. C. clv. Is. CXXI. natæ
Pridie Nonas Januarias sub III. vespertinam Ann. ∞ Is. CXXIII. denatæ,
Hodierna XII honorificè adparat,

*Omnibus Academia civibus hoc programme indictivo
clementissimè denunciat.*

Literis

HARTMANNIANIS.

58

ILLUMINATED

MANUSCRIPT

OF THE

DINORGIUS

Lignitium & Bregennium

in Buchstaben

RECTOR

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...

MADAME DE ...





Ce possessio Jehova sunt

filiu, merces est fructus ventris.

Quod catui olim Regius Psaltes Israelio, id novo, sub anni vertenti aspiciunt, omnibus, cum primis CL. Viro Dn. M. Tobia Magiro, Profess. solertissimo, filiola ipsius, hoc ut doceret, lucem & vocabulum

Psalms.

CXXXVII

v. 31

sortita DOROTHEA, exemplo suggerit: Liberos videlicet augustissimum Jehovæ esse depositum, & quod hoc sunt, ardentioris flamma amoris velut cœlestia pignora amplexandos: ita tamen ut Deo repententi in manus quasi, exporrecto animo resignentur. Neque enim quod paganitas, Veneris; aut, quod paganitate profanius vulgus protervè opinatur proletarium, spurcæ libidinis stipendia sunt: sed *δωρεα θεου* *εραυδα*, munera Dei gloriosissima: quæ cum communi DEUS usu tribuit universis; peculiari tamen dilectis sibi privilegio & salutari usu tanquam hereditatem, cernere propriam gratiosè instituit: ut sibi interim, absque ulla seu brevis seu longi temporis præscriptione *αληθιν* retineat & possessionem, dum eis *αληθιν* & pietatis mercedem, quæ Ecclesiæ sit incremento, generi fulcro, parentibus oblectamento, vitæ solatio, benigne, quoad ipsi è re & nominis sui gloria visum fuerit, erogat. Proinde mollius isti suæ conditionis memnentes, vel conditione potius sua & sorte exsuti complorantur, qui aut Pilumno, Picumno, Vitumno, Opi,

Homer. I. liad. 3. v. 68
Apul. apol. nu. 78.

Nonius c. XII nu 36 & II n. 31

A 2

feriis

Plutarch.
consolat.
ad uxorem
pag. 612.

August. V.
Confess.

Senec ep.
XCIX.

IV. Confess

ferriis denicalibus abjiciebant: aut qui ut mos fert se-
culi, si liberorum mactantur munere, ita efflictim eos
veluti suos depereunt, ut omne in iis vitæ gaudium &
felicitaris figant præsidium; ita ægrè dimittunt, ut non
legitimo possessori, sed iniquo prædoni concedere, ut
trique jure Deum suo & possessione deturbare velle
videantur. Hi quia amoris in suos flammam, Domini
amore non temperant, neque in Domino aut propter
Dominum, sed eminentiori vel pari saltem caritatis
commensu amplectuntur: ideo nec mœroris imbres,
cum carnale desiderium, dolorum flagello vapulat, dictaturæ
superioris censione sistere, aut luctus acrimoniam cō-
sili divini arbitrio edulcare possunt: verum ex amissa
vita morientium mors emergit viventium. Et quia
impensiori Jehovahæ possessionem detinent affectu; ani-
mo longè inviulsi eam decedunt: imo dum decedunt,
iniquè detinent. neque enim, in divino præsertim si
caussa veniat disceptanda diribitorio, depositum, ani-
mo qui reluctanti & lugenti restituit, reddidisse, sed e-
ripuisse censetur: *cum & hoc inter reliqua habeat dolor im-
modicus mala, ut non supervacuum tantum, sed & ingratus sit*
atque injustus. *Beatus autem* (sic Augustinus ab exoso
isto amore & luctu verè lugendo ad Deum conversus)
*qui te amat & amicum in te, & inimicum propter te. Solus e-
nim nullum carum amittit, cui omnes in illo cari sunt, qui non
amittitur, nisi dimittatur*, solus proprio novit Deum af-
ficere dono: cui qui suum reposcenti prompta manu
reddit, gratū de alieno munere munus præstat, & cum
sic reddit, sibi servat: quia quod ille dederat, tanquam
semper reddendum servat, & nunquam amittit, quod
ut suum nunquam accepit, quod ut suum Biarcho su-
premo

premo prona lubentia remittit. Id, inquam, est quod
novo cum universos, tum domestico Excellentiss. Dn.
M. Tobiam Magirum monet epidigmate, nata unice,
dum dilectione respondere poterat, & cum non pot-
est, dilecta *DOROTHEA*: quam cum XII. Kal. Oct.
anni supra millesimum sexcentissimum vigesimi pri-
mi ex honestissima conjugē ANNA KRUMKRUGE-
RIA, de amplissima KRUMKRUGERORUM prosa-
piâ, suscepisset, ipsa statim vocaminis impositione, die
lustrico, fato altiori destinare & consecrare voluit:
non tantum ut aviti nominis & virtutis DOROTHEÆ
RADBANDIÆ *m̄s. c̄v. parac̄itais*, Venerandi capitis
Dn. JOACHIMI MAGIRI, bino nunc ferme seculo
Nestore minoris, quondam conjugis, gratum excita-
ret monumentum: sed multò magis, ut hanc *possessio-
nem* elegantissimam ex DEI munificentia se adire, eiq;
pretiosissimum hoc *aliquid* acceptum ferre vel nomi-
ne profiteretur. Quod si vero unquam

Divinare fuit nomen componere, quod sit

Fortuna: morum: vel necis indicium:

Auson. e-
pigr. 19.

quod si unquam præclara nomen minari infuevit o-
mina: in hâc certè puellula minari ominarique, si qui-
dem ex ungue leonem pingere licet, visum fuit. Adeo
omnia venustatis, lepôris, elegantiarum, sagacitatis,
virtutum simulamina, in tenellulo dignoque istâ a-
nimulâ corpusculo, ætate maturius promicare: Spiritus
Sancti motiunculæ, & regenerationis femina, ma-
nuscularum, quas DEO prius quam cibo complicare
didicerat, devoto conjugio pederentim prodire: taci-
to parentum præcordia gaudio suspendi: ut jam tum,
quoties ulnis libraret paternis, in illâ anniculâ se pa-
rens.

Fac. Drep.
in Paneg.
o. 17.

rens cerneret Deique donum infigne, saliente in gra-
tes pectore, suspiceret, totaque familia, quam blandi-
cellis jam notare poterat ocellis, & arguto abblandi-
ri osculo, hanc pietatis mercedem gratiæque cœlestis
fructum parentibus gratularetur, ac Regii Vatis mi-
rabili attentionem arrigeret indice. Ecqualis inde in
parentum visceribus amoris coctus sit ignis, expres-
sus id tener eorum, parentibus quibus esse licuit un-
quam, affectus, quam scida hæc brevis dictaverit. Si
enim *instituyente natura plus ferè liberos, quam nosmet i-
psos diligimus*: Si nec corporis istam, nec mentis coar-
ctat macula affectionem; in quâ utriusque dotes ele-
ganti cinno cōspirant, quæ divini, quod sumus, gene-
ris igniculos undique spirat, quid sibi amoris, quid
caritatis ista non arroget, non extorqueat soboles? Sed
veluti ignis quo luculentiori ardua petit flammâ, eò
favillis vicinior; ita amor quo flagrantior, eo in peri-
culum pronior: & quo celerius tendit felicitas in fa-
stigium, eo citius festinat ad damnum. Entibi vero
dum enthea vernat DOROTHEA, & tanquam Pa-
phiæ frutex è vaginis atque caliculis se exsinuare, in-
que florem induere meditatur: dum in his veluti Solis
emergentis crepusculis parentes deliciantur, & XI.
dierû ante mensem amissi TOBIOLÆ dispendium a-
more compensant abundantiori: dicto citius *βιοδώτωρ*
summus dimissionem imperat, depositi postulationem
denunciat: mox rosulam amænam die ab hinc decimo
languor invadit: lepos defluit, venustatis flosculos,
exantbemata decutiunt: odontiasis, dentitionem quam
vocant, condictus isti ætatulæ morbus, ita miserè de-
licatum corpusculum ardore succendit, ut nec exqui-
sitissima,

litissima, quæ nusquam ancipiti magis quam apud infantilem ætatem jaçturâ periclitantur, medelam facere potuerint remedia: quantumvis ipsa, qua erat sagacitate, puellula, sedem morbi anxio digitulo ostenderet, & manum avidè pœoniam admitteret, immò sua manu admoveret: donec placido animulam suspirio ad Prid. Non. Januar. in manum Salvatoris exspiraret. Quod si consuetudinis CLARIS. Parens saperet ingenio, aut sensuum habenas laxaret iudicio, nullus quàm è gemina prolis, uno mense jaçtura, dolor animum funestaret acrius, nec mœror quisquam lacrimas despumaret uberius: itane vero unum malum, gradus est futuri mali? hæc ne auspicata anni novioris exordia? itane venère carissima pignora ut abirent; vixere, ut morerentur; gaudio affecere, ut luctum infligerent vivaciorem?

O ubi ventura spes non longinqua juventæ?

Papin. II.
Silv. I. v. 6.

Quis matutinos abrumpet murmure somnos

Impositus stratis? abitusq; morabitur arctis

Nexibus, aq; ipso revocabit ad oscula poste?

Obvius intranti rursus quis in ora manusq;

Profiliet? brevibusq; humeros circumdabit ulnis?

Cuncta in cineres gravis intulit hora

Hostilisq; dies; nobis meminisse relictum!

Præferim cùm nec ulli animali longum fetus sui desiderium, nisi homini, qui adest dolori suo. Verum enim vero ex usu ipsum vulgari, singularia & multijugis eruditio eximit: sensus, aurigans regit ratio: in primis filiola fun-

Senec. ad
Marci. cap.
VII.

ctæ

Senec. ep.
XCIX.

in Præcept.
conjugalib
p. 143. B.
Marc. V,
39.
Luc. VIII,
53.

etæ vocamen, ad mentem ipsum sedatiorem compo-
nit: ut qui hac exceptione istam à Deo se possedisse no-
vit, ut nō tanquam suam sed Jehovæ dotem, omni die,
omni momento ad Dominum redituram, adamatet,
& quodlibet suavium quasi in abitionis procinctu
stanti impactum, ultimum esse duceret. Immo, qui
persuasum habet utriusque sexus sobolem, *vitam*
quando perdidit, nihil nisi *aleam in damnum certiores*
perdidisse: nec magis lugendam, ac si in longinquas
nuptum locasset terras, ubi locorum intercaediuem,
prosperitatis fama resarciret, & absentiam felicitas
solaretur: nec uspiam habere melius, quam ubi ad pos-
fessorem legitimum reversa est. Si quæ tamen paternæ,
in femellas, ut Plutarcho placet proniores fibræ, uda
eliquant suspiria: Continuo istâ Salvatoris inarescunt
compellatione: *Quid ploras? non est mortua puella, sed*
dormit. Ita verò solidè ut dormiat & in Abrahæ non
duntaxat sinu, sed telluris quoque gremio ab omni
conquiescat cruciatu & molestiâ; exuvias hodiernâ
XII. Parens Excellentissimus efferendas locavit: quas
ut, *Cives Academici Præstantissimi*, vestrâ honora comi-
temini frequentiam, non tam à Nobis, rogandi estis aut
jubendi, quam pro ea, quâ sollertissimum Dn. Profes-
sorem amicitia, & commodi vestri studiosissimum
beare soletis benevolentiam, monendi. ADESTE, ITE
EXEQUIAS, ET JEHOVÆ UT HEREDITARIA SITIS POS-
SESSIO SEDULO ADLABORATE. VALETE. P.P. VI. Idus
Januar. ∞ DC. XXIII.

M. P. F.

Ja 666

ULB Halle 3
002 177 021



5b-700

Von 7

MC







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

28

30

ISSIMUS
TISSIMUS
DOMINUS,
ORGIUS
& Bregensium
a Dux,
TOR
NCOFURTANÆ
ntissimus,
CTORE
fico
Consultiss. DN.
RO NEANDRO,
oralis Prof. P.
U S
ellentiss. Dn.
MAGIRUS,
næ Prof. Publ.
desideratissime
HEAE,
nam A.C. cl. Is. CXXI. natæ
nam Ann. ∞ Is. CXXIII. denatæ,
rificè adparat,
hoc programmate indictivo
denunciat.
is
NIANIS.